

PROF. MELCHIOR SCHMID

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1638 in Braunschweig
Gestorben	1697 in Helmstedt
Kurzvita	Phil. Prof. d. griechischen Sprache in Helmstedt (1669–1697);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Melchior Schmidt Brunsvicensis (19.04.1648)
Ehefrauen	Anna Marie Schmid geborene Baumgarten (1651–17.01.1728), Heirat 1672
Quelle	Ahrens 2004, S. 209
GND	https://d-nb.info/gnd/12142345X
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-198-schmid

Lehrstühle

1669–1696 Lehrstuhl für Griechisch, Helmstedt

Akademische Ämter

1675–1675: Universität Helmstedt, Prorektor

1681–1681: Universität Helmstedt, Prorektor

1685: Universität Helmstedt, Bibliothekar

1691–1692: Universität Helmstedt, Prorektor

Vorlesungen (81)

[...] Privatim etiam Philologiae, Graecae imprimis, studiosorum diligentiam, omni ope ac industria juvabit., Sommersemester 1669

Melchior Schmidt simul ac assignatae Professionis confirmationem a Serenissimis Principibus fuerit indeptus, Lectionum publicarum auspiciis capiet ab Epigrammatibus selectiores Veterum diversorum auctorum, ex Anthologia Graecorum Epigrammatum hinc inde sumtis, & cum Cyclope Euripidea seorsim hic excusis. [...], Sommersemester 1669

Melchior Schmidivs in Epigrammatibus Graecis exponendis atque illustrandis perget. Tempore vero illo, quo Ecclesia Quadragesimal appellavit, Basilii Magni Orationes de Jejuniis interpretabitur. [...] Docet hora Ima., Wintersemester 1669/1670

[...] Privatim quoque cuivis operam suam expetendi industriam probabit., Wintersemester 1669/1670

Melchior Schmidivs Epigrammatum Graecorum residuum absolvet, deinde ad Basilium M. reversus exponet ejus Orationem in Ebrietatem & luxum, habitam. Postea vel Aeliani varias Historias, vel Theophrasti notationes morum proponere ordietur. [...] Docet hora Ima., Sommersemester 1670

[...] Privatis vero studiis Ebraistantium Graecorum, qui Hellenistae nonis dicti sermonem expendet., Sommersemester 1670

Melchior Schmidivs in Historia Evangelica S. Matthaei Graecismos ab Ebraismis distinguere perget, & quaecunque ad Graecae Linguae notitiam faciunt, indicabit. Illa vero absoluta Theophrasti

Characteres exponet. [...], Wintersemester 1670/1671

[...] Privatim etiam pro desiderii auditorum suam industriam, in Philologicis studiis praesertim, cuius probabit., Wintersemester 1670/1671

Melchior Smidivs in Theophrasti Characteribus exponendis perget. [...] Docet hora I., Sommersemester 1671

[...] Privatim Theocriti selecta Idyllia, aut libros quosdam Homericos, pro auditorum arbitrio, exponet. Neque deerit in alijs Philologiae partibus auditorium desiderii., Sommersemester 1671

Melchior Smidivs Aeliani variarum historiarum librum primum publice exponere & differendo explicare incipiet. [...] Docet hora Ima., Wintersemester 1671/1672

[...] neque privatim deerit suae Professioni., Wintersemester 1671/1672

Melchior Smidivs in exponendis Aeliani variis historiis perget. Subinde etiam ex Novi Foederis libris sacris ea proponet & explicabit loca, quae Graecae Linguae singularem flagitant notitiam. Docet hora prima., Sommersemester 1672

Melchior Smidivs absolutis V. Aeliani Variarum Histor. prioribus libb. priusquam ad sequentes explicandos progrediatur, interponet difficiliorum ex Novi Foederis Sacro Cod. depromptorum locorum enotationem; Graecae v. poeseos studiosis Idyllia Theocritea seorsim hic edita interpretabitur. Docet hora I., Wintersemester 1672/1673

[...] Privatam operam ad arbitrium diriget., Sommersemester 1673

Melchior Smidivs Graeci idiomatis quod in Novi Foederis libris legitur, ejusque, quod in gentilium veterum scriptis reperitur, differentiam, ea, qua hactenus usus est methodo, publice demonstrare perget. [...] Docet hora Ima., Sommersemester 1673

Melchior Smidivs Siracidis librum, universae Hebraeorum veterum prudentiae Epitomen, ideoque, & ob singularem in Ecclesiam ex eo promanantem utilitatem, Ecclesiasticum dictum, quia Stylus ejus quam proxime ad Novi Foederis Sacrorum Scriptorum phrasin accedit, publice exponet., Wintersemester 1673/1674

Melchior Smid in Siracidis Sapientia exponenda ad cap. VI tum & deinceps perget. Interponet autem explicationem Homiliae D. Chrysostomi, quae jam seorsum hic publica indispiscitur lucem qua nec viventes nec mortuos Anathegnate percuti debere summus ille Orator suadet. Docet hora Ima., Sommersemester 1674

Melchior Smidivs cum varia hactenus scripta veterum in prosa exposuerit, jam ad metrica se convertet, & tam alias ob rationes, quam quia in manibus sunt omnium, Theognidis Sententias publice explanabit. [...], Wintersemester 1674/1675

[...] Privatim arbitrio auditorum se accommodabit., Wintersemester 1674/1675

[...] Privatim vero ipsos Graecos antiquissimos scriptores tam prosaicos quam metricos ab arbitrio exponet. Docet hora I., Sommersemester 1675

Melchior Smid quae de morte & resurrectione servatoris nostri agunt loco ex Historia Passionis restantia proximis praelectionibus adjunget. Dein ex Epistola D. Pauli ad Romanos quae philologicum concernunt studium decerpent. [...], Sommersemester 1675

Melchior Smidivs, quantum per occupationes, quae Pro Rectoris munus comitari solent, licebit, Epistolae Paulinae ad Romanos inchoatam expositionem continuabit. Docet hora Ima., Wintersemester 1675/1676

Melchior Smid ijs quae in Epistola D. Pauli ad Romanos explicanda restant, absolutis, vel aliam Epistolam ejusdem Sacri voluminis exponet, vel selectissima antiquorum Graecorum, maxime utilia dicta, ex ipsorum operibus excerpta publice proponet. Docet hora prima., Sommersemester 1676

Melchior Schmid ex veteribus Graecis Scriptoribus qua sacris, qua externis, optima quaeque loca tam ad pietatis quam prudentiae Ecclesiasticae ac Civilis studium plurimum facientia, excerpta, publice exponet. Docet hora I., Sommersemester 1677

Melchior Schmid Eadem methodo qua hactenus usu pericopas Dominicales ex Novo Foedere decerptas annotationibus Philologicis illustrare, & veterum Graecorum Scriptorum loca parallela ipsius Scripturae Sacrae verbis ac sententiis illustrandis applicare perget. Docet hora Ima., Wintersemester 1677/1678

Melchior Smidivs Homeri Illiados lib. α publice exponere, nonis Studiosorum id desiderantibus, decrevit, initio exactius omnia expositurus, postea vero maxime notatu digna indicaturus, reliqua Auditorum industriae privatae relinquens. [...] Docet hora I. , Sommersemester 1678

[...] Privatas Scholas ad Juventutis Academicae utilitatem & desiderium accommodabit., Sommersemester 1678

Melchior Schmid Iliados Homericae libro primo superiori semestri explicato, subjunget proxime ejusdem operis librum secundum & tertium, partim differendo, partim dictando ea quae & poetarum principi intelligendo faciunt, & imitationi erudite instituendae aut prudentiae ex eo colligendae inserviunt. Docet hora prima., Wintersemester 1678/1679

Melchior Smid, quod in libro II. Iliad. Homeri explicandum restat, absolvet; Deinde Aeliani Variarum historiarum opus elegantissimum publice exponere incipiet. Docet hora prima., Sommersemester 1679

Melchior Schmid in Cl. Aeliani variis Historiis exponendis perget ad librum tertium, & praeter Graecismi delitias Atticas, usum antiquae eruditionis hodiernum subinde ostendet. Docet hroa I., Wintersemester 1679/1680

Melchior Schmid postquam Aeliani Variorum opus ex semisse absolvit, antequam ad reliquam ejus partem progredietur, ex Novi Foederis libellis decerptas voces notabiliores & loquendi modos quosdam, collatione facta cum aliorum scriptorum phrasibus, proponet. Docet hora I., Sommersemester 1680

Melchior Smidius in N. Foederis expositione philologica, ea qua jam coepit ratione ac methodo perget, Graecismos & Atticismos ab Hebraismis separans & parallelis aliorum scriptorum loci plurima illustrans. Docet hora quarta., Wintersemester 1680/1681

Melchior Smid Absolutis iis, quae ex Matthaei Evangelio explicanda restant, Philologemata quaedam ex Apocalypsi publice proponet., Sommersemester 1681

Melchior Smidius quantum per molestissimas occupationes, quas ProRectorale munus hoc tempore affert, licebit, in Apocalypsios expositione philologica perget., Wintersemester 1681/1682

Melchior Smidius Spicilegium Annotationum Philologicarum ad Novum Testamentum publice instutuet [...]., Sommersemester 1682

[...] Privatim autem Veterum Graecorum Aristophanis, Isocratis &c. scripta, desiderantibus explicabit., Sommersemester 1682

Melchior Smidius in publicis praelectionibus Novi Foederis sacros libellos, Evangelicos imprimis, scholiis illustrare perget., Wintersemester 1682/1683

Nec alias privatim studiosorum Civium desideriis deerit, sed operam suam expetentibus promte commodabit., Wintersemester 1682/1683

Privatim quoque utriusque Linguae cognitionem plenioram desiderantibus, operam suam addicit., Sommersemester 1683

Melchior Smidius postquam superiroi anno quatuor Evangelistarum libros philologicis

observationibus illustravit & absolvit, jam ad librum N. T. longe elegantissimum πράξεων τῶν Ἀποστόλων accedet, in eoque differentiam styli sacri & profani Graeci indicabit, varias versiones veteres ac recentis conferet, imprimis Latinas examinabit, & ad fontis puritatem contendet. [...] Docet hora X., Sommersemester 1683

Melchior Smidius in Epistolis Paulinis explanandis perget. Priorem ad Corinthios nuper illustrari coeptam proprediem absolvit, & deinceps perget ad reliquas. Docet hora ordinaria., Wintersemester 1683/1684

[...] finemque imponet B.C. D. hoc semestri huic sacrae philologiae. [...], Sommersemester 1684

[...] Privatim usitata, omni studiosorum generi utilissima, studia urgere perget., Sommersemester 1684

Melchior Smidius Epistolam ad Hebraeos philologicis observationibus illustrabit, [...], Sommersemester 1684

[...] eaque absoluta ad reliquos, qui in sacro Novi Foederis Codice sequuntur, libellos progredietur, [...], Sommersemester 1684

Melchior Smidius, postquam explicatione omnium Novi Foederis librorum sacrae philologiae finem imposuit, antequam denuo ad eundem utilissimum laborem revertatur, ex Cl. Aeliani, scriptoris elegantissimi, variis historiis eas tantum seliget & publice proponet, quae maximum sui usum auditoribus philologicis praestiturae, videbuntur. Docet hora X., Wintersemester 1684/1685

[...] privatim de medicamentis facile parabilibus, dissertationes instituet., Sommersemester 1685

Melchior Smidius in C. Aeliani, scriptoris illius vero μελιφθόγγου variis Historiis postquam explicando absolvit libros IV. propter egregiam tum dictionis elegantiam, tum rerum & historiarum copiam, perget in eodem Auctore ad librum V. & deinceps., Sommersemester 1685

Melchior Smidius expositis XIV Variarum Historiarum Aeliani libris ad Sacram philologiam denuo revertetur, & Novi Foederis librorum Graecismos, initio a Matthaeo Evangelio facto, tradet. Docet hora X., Wintersemester 1685/1686

Illis, qui vel ad Graecum carmen pangendum, vel ad ulteriorem Graecismi notitiam acquirendam, veterum gentilium libros explicare & legere desiderant, seorsim & privata informatione consulent., Sommersemester 1686

Melchior Smidius Absolutis iis quae ex D. Matthaei Evangelio observanda erant, ordine ita ducente, nunc progredietur ad D. Marci & Lucae de vita & morte Servatoris nostri historiam, ex qua, pari ratione tum Linguae sacrae genium observando, tum quae ad Veterum Codicum varietatem spectant, proponendo, tradet; Docet publice hora X., Sommersemester 1686

Melchior Smidius in Philologiae Sacrae meletematibus proponendis perget, occasione eorum quae in Evangel. Johannis & Actis Apostolorum occurrunt, praeter styli sacri proprietatem, Graecarum vocum emphasis proponet, atque collatis variis versionibus, cum generatim interpretandi artem, tum in spe ea, quae ex Graecismo fluunt, in sacris recte vertendi modum commonstrabit. Docet hora X., Wintersemester 1686/1687

Melchior Smidius Ad D. Pauli Apostoli epistolas progredietur, & genium stili sacri, quo is qui non in legis tantum Mosaicae, sed etiam Graecorum poetarum gentilium lectione versatus fuit usus est, observans differentiam inter profanas & sacras expressiones, monstrabit, ab interpretum perversionibus Apostoli verba vindicabit, & optimum vertrndi modum per exempla occurrentia ostendet. Docet hora X., Sommersemester 1687

[...] Privatim etiam desiderio studiosorum Civium satisfacere sedulo annitetur., Wintersemester 1687/1688

Melchior Smidius In D. Apostoli Pauli ad Colossenses, Thessalonicenses, ad Timotheum, Titum &

Philemonem Epistolis styli sacri & profani discrepantiam, Paulinae phraseos, cum ea quae in Vet. Testam. libris legitur, convenientiam ostendet, verborum singulares emphases indicabit, & varias versiones, tam veteres quam recentiores, conferendo, B. Lutheri incomparabilem praestitam operam ab obtrectationibus vindicabit. Docet hora X., Sommersemester 1688

Melchior Smidius Ex D. Apost. Pauli Epistola ad Philemonem, itemque ea, quae ad Hebraeos scripta est de Graecismo & Hebraeismo aget. Docet hora X., Wintersemester 1688/1689

Melchior Smidius Ex DD. Apost. Petri, Johannis & Judae Epistolis differentiam stili sacri & profani ostendet. Docet publice hora X., Sommersemester 1689

Melchior Smidius ea quae ad Apocalypsin S. Johannis dicenda restant, absolvet; deinde poetarum Principis Homeri Iliade publice exponere incipiet., Wintersemester 1689/1690

Melchior Smidius Homeri explicatione ad privatam operam remissa, ut plurimum utilitati velificetur, tam ad Novi Testamenti libros, quam Veteris versiones Graecas, imprimis eam, quae septuaginta senioribus tribuitur, philologemata, sacra publice proponet. Docet hora X., Sommersemester 1690

Melchior Smidius in sacra philologia ad Novi Testamenti libros publice proponenda perget, & cum ea, quae ad Evangel. secundum Mattaeum tradenda sunt, absolverit, ad libellum S. Marci progredietur. Docet hora X., Wintersemester 1690/1691

Melchior Smidius ad Evangelium a D. Marco scriptum & a multis Commentatoribus neglectius tractatum, philologiae sacrae exercitium continuabit, utriusque idiomatis Graeci differentiam diligenter ostensurus. [...] Docet publice hora X., Sommersemester 1691

[...] Reliquos autem scriptores Graecos, tam prosae quam ligatae orationis, evolvere cupientium desiderio privatim lubens satisfaciet., Sommersemester 1691

Melchior Smidius Si per negotia quae Vice-Rectoris munus, fert, licuerit, ea quae restant in Evangelio D. Marci explicanda, absolvet; & ad sequentem in N.T. Codice libellum D. Lucae exponendum progredietur. Docet hora X., Wintersemester 1691/1692

Melchior Smidius Ad Nona Evangelistae D. Lucae verba philologiam sacram proponere perget, varias Versiones, tam veteres, quam recentiores cum fonte conferendo, vindicias Vulgatae a Joh. Boisio atque Richardo Simone prolatas examinabit. [...] Docet publice hora X., Sommersemester 1692

Privatim Geographiae tam veteris quam novae Collegia, pro discipulorum desiderio, aperiet., Sommersemester 1692

Melchior Smidius in Novi Foederis philologica explicatione pervenit ad D. Lucae Evangelii Cap. XIV. & in eodem libro Scripturae S. phrasin optimorum Graecorum veterum, ut Homeri, Demosthenis, & similium, hellenismo illustrare; differentiam sacri & profani stili ostendere, atque ex Polluce, Hesychio, Suida & Glossariis vocum explicationes proponere perget. Docet publice hora X., Wintersemester 1692/1693

Melchior Smidius ex divite Sacrarum Scripturarum, Novi praesertim faederis penu philologicas observationes depromptas proponere continuabit, & quidem ex ultimis S. Johannis Evangel. capitibus ea, quae notanda restant, publice indicabit. Deinde ad Actuum Apostolicorum librum philologice explicandum progredietur. [...] Docet publice hora X., Wintersemester 1693/1694

Privatim Orbis terrarum notitiam Geographico-historicam tam veterem, quam novam, tradet., Wintersemester 1693/1694

Melchior Smidius in Actuum Apostolicorum philologica explicatione gnaviter perget, nihil eorum praetermissurus, quae ad literalem sensum pertinere videbuntur, Graecam Veteris Testamenti versionem cum Apostolicorum phrasi diligenter conferendo, usum illius antiquissimae versionis in accurata Theologia monstrabit., Sommersemester 1694

Nec privata informatione τῶν φιλολογοῦντων desiderii deerit, sed ad variam utilemque eruditionem viam obviam praestabit, & S. Macarii homilias quinquaginta edet., Sommersemester 1694

Melchior Smidius in Actuum Apostolicorum expositione perget, eamque, Deo juvante, proximo semestri, si fieri potest, ad finem perducet, Sacrae & profanae Graecitatis differentiam ostenturus, & varia philologica observata, ex occasione data publice propositurus., Wintersemester 1694/1695

Privatim illis, qui Geographiae S[acra] cognoscendae studio aguntur, fidelem manuductionem praestabit., Wintersemester 1694/1695

Melchior Smidius Actuum Apostolicorum explicationi propediem finem imponet, deinde D. Pauli epistolam ad Romanos eadem methodo explanabit. Privatim ea quae publice disseruit examinando repetet, & Philologiae sacrae studiosos omnibus modis excitabit & exercebit. Docet hora X., Sommersemester 1695

[...] Privatim ea quae publice disseruit examinando repetet, & Philologiae sacrae studiosos omnibus modis excitabit & exercebit., Sommersemester 1695

Melchior Smidius In D. Pauli Epistolae ad Romanos scriptae Philologica explicatione gnaviter perget, eaque ad finem perducta sequentes in N.T. Codice Epistolas ad Corinthios eodem modo interpretabitur, sacram videlicet philologiam, exemplis sub manu occurrentibus, illustrans & repetens. [...] Docet hora X., Wintersemester 1695/1696

[...] Eodem spectantes Dissertationes quasdam, publicae disquisitioni submittet. [...] Docet hora X., Wintersemester 1695/1696

[...] Nec desinet privatis congressibus studiosae juventutis desiderio ut satisfaciatur, anniti., Wintersemester 1695/1696

Melchior Smidius D. Apost. Pauli priore ad Corinthios epistola philologice exposita ad posteriorem iisdem ab eodem scriptam publice interpretandam progredietur, in quo ita se geret, ut profectuum auditorum habita ratione, fundamenta sacrae exegesos solide aperiens & ostendens, ipsorum desiderio satisfaciatur., Sommersemester 1696

Quod per valetudinem minus prosperam hactenus non licuit, id. Deo annuente, edendis Dissertationibus proxime praestabit. Nec deerit illis qui praeterea suam alias requirent operam., Sommersemester 1696

Melchior Smidius Apostoli Pauli ad Galatas scriptae epistolae explicatione jam finita, protinus ad eam quae sequitur, nempe, ad Ephesios exponendam progredietur, observationes dictabit ad calamum, & repetitionem eorum quae tradidit, cum auditoribus instituet. Praeterea omnes suas cogitationes ad eorum conferet utilitatem, qui ex variis Graecorum scriptorum thesauris sapientiam & eruditionem colligere desiderant., Wintersemester 1696/1697

Dissertationen (2)

De Linguae Graecae Variis Mutationibus Dissertatio , 31.10.1668. VD17 39:151824S

De Amicitia Dissertatio Philosophica, 10.12.1666. VD17 23:327146C

Beteiligung an Dissertationen (3)

Respondent in: Rixner Heinrich (Präses): De Necessario Et Contingente Exercitationum Metaphysicarum Octava, 05.10.1661. VD17 1:045586S

Respondent in: Friedrich d. Ä. Weise (Präses): Catalogus librorum, eorumque selectissimorum theolog. juridic. medic. histor. philos. politic. philolog. variorumque lingua Gallica et Itala , 1713

Respondent in: Heinrich Wiedeburg (Präses): Disputatio inauguralis theologica De scripturarum

sacrarum divina inspiratione, 18.06.1695. VD17 23:252222A

Reden und Programme (10)

Melchior Schmid: Programma Quo agitur De Potioribus Philologiae Sacrae Scriptoribus Publicis Lectionibus ad Acta Apostolica habendis premissum ..., 13.01.1694. VD17 23:258510W

Melchior Schmid: Programma In Funere Viri Nobilißimi & Excellentißimi Hermanni Conringii Primum Physicae, deinde Medicinae & Politicae Professoris optime meriti ..., 27.12.1681. VD17 23:263113D

Melchior Schmid: Oratio Ad Reverendissimi Serenissimorum Et Potentissimorum Brunsvicensium Et Luneburgensium Ducum Illustres Legatos : Cum Praeclarum Academiae Iuliae Visitandae Negotium Feliciter Peregissent, 12.11.1680. VD17 23:236921S

Melchior Schmid: In Obitum Perquam Reverendi Amplißimi & Clarißimi Viri Christophori Schraderi Praepositi Bergensis & Eloquentiae in Academia Iulia Professoris ..., 21.05.1680. VD17 39:101798W

Melchior Schmid: Programma in quo de Cl. Aeliani Variarum Historiarum libris quaedam praefationis loco traduntur, & ipsius Aeliani vita a Philostrato descripta exhibetur : ad Graecarum Literarum & variae eruditionis Studiosos In Acad. Iulia. VD17 23:258450S

Melchior Schmid: Programma in Festo Michaelis

Melchior Schmid: Programma Festo Nativitatis Jesu Christi Domini Nostri. VD17 23:246813Y

Melchior Schmid: Programma Festo Archangeli. VD17 23:246811H

Melchior Schmid: Programma In Funere Amplissimi prudentissimiq[ue] Viri Casparis Johannis Cörner Civitatis Helmstadiensis Consulis bene meriti P.P., 24.07.1681. VD17 23:262027F

Melchior Schmid: Programma In Funere Amplissimi, Consultissimi & Prudentissimi Viri Johannis Henrici Druden/ Helmstadiensis Consulis Senioris optimè meriti, 20.12.1691. VD17 39:101818Z

Beteiligung an Reden und Programmen (1)

contributor in: Heinrich d. J. Meibom: Programma In Funere Viri Plvrimvm Reverendi Clarissimiq[ue] Domini Melchioris Smidii, SS. Theolog. Lic. Græcæ Linguae ..., 28.03.1697

Zitierhinweis

Prof. Melchior Schmid. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-198-schmid> [06.07.2026]